

Sagrada Congregación de Ritos

DECRETUM

DE USU SALIVAE IN ADMINISTRATIONE BAPTISMI

(A. A. S. XXXVI, ener. 1044, p. 28)

Quanta cura ac vigilantia Catholica Ecclesia ritus et caeremonias in sacrosancto Missae sacrificio ac Sacramentorum administratione, apostolicis traditionibus sanctorumque Patrum decretis constituta, observare studuerit compertum est e constanti sollicitudine qua liturgicos libros ediderit, et ubique fideliter servandos constituerit. Ipsa insuper sacra Tridentina Synodus (Sess. VII, cap. XIII) de his ritibus decrevit in haec verba: «Si quis dixerit receptos et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque ecclesiarum pastorem mutari posse, anathema sit». Haec autem minime officiant quominus, ubicumque gravis ratio suadeat, ritus aut caeremoniae a competenti auctoritate mutari possint, ne fideles a Sacramentorum susceptione alienentur. Quum vero plures Sacrorum Antistites, sacerdotes et missionales notum fecerint quandoque in administratione Baptismi tam parvulorum quam adultorum contagionis adesse periculum aures naresque baptizantium saliva oris sui tangendo, Sacra Rituum Congregatio de mandato Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae XII, rubricam Ritualis Romani Tit. II, cap. II, n. 13 ita reformandam decrevit: «Postea sacerdos pollice accipit de saliva oris sui (quod omittitur quotiescumque rationabilis adest causa munditiae tuenda aut periculum morbi contrahendi vel propagandi) et tangit aures infantis...» et futuris eiusdem Ritualis Romani editionibus inserendam mandavit. Quibuscumque contrariis nos obstantibus.

Die 14 Ianuarii 1944.

† Card. SALOTTI, Ep. Praen., Praefectus.

L. S.

A. CARINCI, Secretarius.

Del Obispado de Madrid

Erectio Canonica Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis

DECRETUM

Quindecim abhinc annos pius ac zelans hujus Matrifen. Dioecesis Sacerdos, Doctor D. Joseph Marla Escrivá de Bala-

guer et Albás, favente ac benedicente Ordinario Dioecetano, Institutionem condidit, cujus sodales, praeter propriam cujusque sanctificationem, servatis Evangelii consiliis in munere professionali exercendo obtinendam, hunc, quamvis non unicum, specificum finem sibi proposuerunt: enixe adlaborare ut selectam partem virorum professionum intellectualium, quibus natura competit societatem civilem dirigere, ad fidei catholicae principia revocarent et ad Evangelicam perfectionem suaderent.

Novam hanc Institutionem—quae, ob singularem et propriam consociationem «OPUS DEI» appellata, proprium finem omni contentione est ubique prosequuta—apprime temporum nostrorum et nostrae Patriae necessitatibus urgentissimis respondere nemini non apparuit. Omnes enim fatentur, rei publicae eversionem, quae universam fere Hispaniam nuper cruentavit, desertioni a doctrina et praeceptis Christi hominum «intellectualium» esse magna ex parte adstruendam, quippe qui doctrinis dissolventibus per tot lustra juventam studiosam inquinarent.

Cui piae Institutioni divinus favor jam inde a primordiis constans adfuit, sese praecipue manifestans tum numero et qualitate ad eandem advolantium juvenum integritate aequae ac ingenio florentium, tum fructibus uberrimis ubivis ad eandem collectis, tum denique signo contradictionis, quae operum Dei sigillum semper existit. At vero, succrescentibus in dies Institutionis membris, ejusdemque mirum in modum extenso activitatis ambitu, visum est, scopum, constitutionem et methodum actionis intra fines simplicis Associationis ulterius contineri non posse, sed ampliores et firmiter exigere rationem verae Societatis Ecclesiasticae legitime erectae et constitutae. Sic enim, dum diversae Institutionis activitates organice coordinabuntur, ipsa Hierarchiae intimius haerebit, necessariam internam auctoritatem comparabit et firmitatem sanctionis nedum Ordinarii loci verum etiam Sedis Apostolicae nanciscetur.

Re igitur mature perpensa, pro Nostro officio, universum negotium ad Apostolicam Sedem retulimus, a qua, per S. Congregationem de Religiosis, telegrapho prius, dein vero litteris authenticis die 11 octobris 1943, sub num. 2.777/43, responsum accepimus, nihil ab eadem Sede Apostolica obstare quominus ad optatam erectionem canonicam praedictae piae Associationis deveniremus.

Quapropter, facultatibus cc. 674, 492; § 1 concessis utentes, laudatam piam hucusque Associationem a Nobis ut talem jam antea adprobatam in veram Societatem juris Dioecetani ad normam t. XVII 1. II. Codicis Juris Canonici erigimus atque constituimus sub nomine *Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis*, in finem compendio Statutorum Sanctae Sedi submisso et

expressum et mediis ibidem relatis obtinendum. Haec autem Societas Sacerdotalis Sanctae Crucis erit ad normam juris communis Nobis Nostrisque Successoribus plane subjecta (c. 492, §. 2.) Ut vero efficacius intentos effectus Societas consequatur, volumus ac edicimus ut, firmo compendio Statutorum Sanctae Sedi, ut diximus, delato, ejusdem Societatis ampliores et completiores Constitutiones exarentur Nostrae adprobationi subiiciendae

Hujus decreti canonicae erectionis Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis, manu Nostra subscripti Nostroque sigillo muniti, tria exscribantur exemplaria: primum ad Sedem Apostolicam remittendum, alterum Rvdo. Moderatori Societatis tradendum, tertium denique in Archivo Curiae Episcopalis ad perpetuam rei memoriam asservandum.

Matri, in die festo Immaculatae Conceptionis B. V. M., 8 decembris 1943.

† LEOPOLDUS, *Episcopus Matriten- Compluten.*
J. Marco, Cancell.

Legislación del Nuevo Estado

MINISTERIO DE EDUCACION NACIONAL.—DECRETO DE 28 DE ENERO DE 1944 (RECTIFICADO) POR EL QUE SE ESTABLECE EN LAS UNIVERSIDADES ESPAÑOLAS LA ENSEÑANZA RELIGIOSA

La necesidad de implantar en la Universidad española cátedras de Religión, en las que los alumnos completen y eleven en grado superior, propio de sus estudios, los conocimientos religiosos adquiridos en los Centros de Enseñanza Media, es tan manifiesta y urgente, que varias Universidades, anticipándose al propósito reiteradamente expresado por el Gobierno de la Nación, las han establecido en algunas de sus Facultades.

Ya es llegado el momento de erigirlas y regularlas en toda España; de dotar a todos los alumnos universitarios de la ilustración religiosa que su cultura superior exige y sin la cual ni siquiera les sería dado entender nuestra literatura; de facilitarles los conocimientos de la ciencia sagrada, que han de ser sólido y perdurable cimiento de su educación moral; de formar a las futuras clases directoras de la Patria a tono con las tradiciones seculares más arraigadas, con el espíritu animador de nuestra triunfadora Cruzada y con los nobles afanes de nuestros siglos más gloriosos.

El superior grado de esta enseñanza, aun sin aspirar a que constituya Facultad, requiere no sólo estudio y conocimiento más profundo y amplio que el que proporciona la Enseñanza

Media, sino también la explicación de algunas cuestiones selectas, como modelo de investigación de tipo universitario, que coronen la terminación de los estudios.

La naturaleza misma de la enseñanza religiosa impone la subordinación más completa y leal al Magisterio de la Iglesia Católica y a lo dispuesto en sus Sagrados Cánones, no sólo en lo que mira a la aprobación del personal docente y a la estimación de la competencia e idoneidad de los que hayan de recibir el nombramiento de profesores a quienes tal alta misión se confíe, sino también por lo que toca a la vigilancia sobre la pureza de la doctrina y el fruto provechoso de su enseñanza. Todo ello lo debe poner en manos de la Jerarquía eclesiástica un Estado que se ufana de ser y llamarse católico.

Por todo lo cual, a propuesta del Ministro de Educación Nacional, de acuerdo con el Consejo de Estado y previa deliberación del Consejo de Ministros,

DISPONGO:

Artículo primero.—Se establece en las Universidades españolas la enseñanza religiosa en el grado superior que requieren la capacidad y necesidades de los estudiantes universitarios y conforme a la doctrina católica y las orientaciones y disciplina de la Jerarquía eclesiástica.

Artículo segundo.—La asistencia a los cursos en que esta enseñanza se desenvuelva será obligatoria para todos los alumnos universitarios.

El régimen de matrícula y pruebas finales será el establecido para las demás disciplinas universitarias.

Artículo tercero.—La enseñanza religiosa se desarrollará durante los cuatro primeros cursos de cada Facultad. En el primero de ellos se expondrán las materias de Criteriología religiosa y Eclesiología; en el segundo, las del Dogma; en el tercero, las de Moral general y Derecho público eclesiástico; y en el cuarto, las de Deontologías profesionales y Temas selectos de investigación teológica.

Artículo cuarto.—Se darán las lecciones durante una hora a la semana en los meses de curso correspondientes al primer cuatrimestre.

Artículo quinto.—La enseñanza religiosa se confiará a Profesores, para cuyo nombramiento serán requisitos indispensables:

a) Ser Sacerdote en posesión de un grado mayor concedido por Universidad eclesiástica o el equivalente en su Orden cuando se trate de religiosos.

b) Haber sido declarado apto para esta misión por la Jerarquía eclesiástica, habida cuenta de sus méritos, obras